

1510. 1. Augusti

695.

Restes contra Tartaros.

171
Sigismundus Deo. Universis & singulis sub-
ditis Nr̄is Deo. Noveritis, quod Tartari inva-
sionem in Regnum Nr̄um facere intendunt.
Qui ab Exploratoribus Nr̄is circa Koczmanka visi
sunt. Ne itaque imparatos Nos adorianter, ut
damna Nobis & subditis Nostris inferant, man-
davimus Guosis Stanislae Lankoronski Capitaneo
Camenceusi, & Joanni Iworowski Campiductori Sti-
pendiariorum Nrorum, ut cura cum stipendiarijs
ipsis, & cum Podolitis sese congregent & Campe-
straliter in loco, unde repressio & resistentia contra
hostes utilis esse posset collocent. Sed cum eor̄
vires ad propulsandam vim hostilem non sunt
suffecturae, idcirco Vos ad bellum evocandum du-
ximus, vocamusque presentibus Literis Nr̄is ;
Mandantes Vobis omnibus, & sigillatim unicuique
Urum ad servitium bellicum obligatis sub pe-
na amissionis vite & bonorum Urorum, ut ad
Diem S. N. ad Palatinum Rusie in loco Gli-
manay conveniatis, & se simul omnes sistatis, &
cum Palatino Rusie, ceterisque alijs conjuncti,
ea, quae defensio Am̄ & necessitas rerum exposcet,
acturi pro virtute ac debito Uro, Uras autem presen-
tes unius ad alium sibi vicinorem transmittere
curet sub pena colli & amissionis bonorum.

Datum Craovic 1. Aug. 1510.

